



**C**UM Ecclesia Christi passim per Galliam à ui-  
 cris pijs & doctis Apostolorum discipulis plā-  
 taretur, S. Paulus electum Dei organum Crescen-  
 tem, qui ab alijs Crescentius dicitur, ad eos homi-  
 nes prædicatum Euangelium misit, qui Rhenum  
 transgressi circa Treuiros & Moguntiam in Gal-  
 lia confederant: qui etiam officio suo gnauiter fun-  
 ctus, & ad Rhenum progressus, Moguntię substi-  
 tit, atq; eius loci incolas ad Christum conuertit. id  
 quod factum est eodem ferè tempore, cum S. Ma-  
 ternus in Alsatia uerbū Dei seminaret, anno Chri-  
 sti sexagesimo. Cum autem Crescēs postea uitam  
 cum morte commutasset, atque partim persecutio-

nes, partim grauissima Romanorum cum Germanis bella ijs in locis oriren-  
 tur, Ecclesiæ eæ à Crescente optimè instructæ sublatae fuerunt: donec tādē  
 Francis superuenientibus denuò ij homines ad Christū conuerterentur. Eu-  
 seb. lib. 3. cap. 4. Eccles. Hist. Magdeburg. Cent. 1. lib. 2. cap. 2. Hunc Crescen-  
 tem aliqui primum Episcopum Moguntinensem faciunt, atq; aliquos ei suc-  
 cessores tribuunt. Eos ad S. Bonifacium Archipræsulem usq; nos ( quantum  
 in tanta authorum uarietate fieri potuit) subiecimus.

Primi Episcopi Moguntinenses,